



Universitätsbibliothek Paderborn

Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ... Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd
Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius
foundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum
MCCCLXX. II. Coenobii ...

Trithemius, Johannes

Francofvrti, 1601

LXIII. Iohan. Trithem. Ab. Spanhem. Dilectis In Christo fratribus & filiis,
Priori & conuentui in Spanheim, synceram in Domino charitatem.

urn:nbn:de:0128-1-17336

Lanificas nulli tres exorare puellas

Contigit, obseruant quem statuere die m.

Omnes morimur, & quasi aquæ in terram dilabimur, quemadmodum & ille dixit: Debemur morti nos, nostraque mortalia facta peribunt, estque mors vltima linea restam. Vtilibus infuda studijs, quibus non solum corpori prouideas necessaria, sed etiam mensâ morte horrenda feruetur immunis. Reuerturi ad propria breui tecum in Albiburgio tuo erimus, & quid nos vt audatius ista scriberemus premouerit sermone pandemus. Tu vero sciens nostrum in te amorem quam fecimus exhortationem non excraberis. Vale tui memor. Ex Berlin 20. die mensis Aprilis, Anno Christianorum M.D.VI.

L X I I.

SERENISSIMO PRINCIPI, IOACHIM BRANDENBURGENSIVM
Marchioni, Stetincensium ac Pomeranorum Duci, Rugensium Cassubique comiti,
principi Electori & c. Ioan. Tritheimus Abbas Span-
hemensis felicitatem.

QUARTADECIMA die mensis Maij Berlin oppidum residentia serenitatis tuæ, vt scis princeps clarissime, circa horam vndecimam exiui, & iuxta prædictiones Astrophi-
li nostri plura nobis contigerunt aduersa, sed miserante Deo euicimus omnia. Sex
namque diebus morbo calculi & vesica laborans grauiterq; afflictus remanere in Lypezig
coactus sum, & manibus me committere medicorum, quod antea feci nunquam. Cumque
venissemus ad Rhenum per satellites cuiusdam iniquissimi comitis incendiarij mona-
sterij Lypurgensis ego cum nuncio serenitatis tuæ famulisque meis & vno monacho me-
morati cœnobij exusti capti sumus in festo sanctissimæ Trinitatis circa horam vndecimam,
ductique in castellum vicinum. Eodem tamen sero cognoscentes me sub tuitione regia
custoditum omnes nos dimiserunt: causam propter quam nos cepissent afferentes non
aliam, nisi quod me negotijs combustij monasterij Lypurgensis fauentem arbitrarentur.
Qua contumelia factum est, sicuti ex tuo intelliges nuncio, quod neque ad Archiepi-
scopum Coloniensem, neque ad Treuerensem, sed neque ad Moguntinensem tuas per-
ferre commissiones potui. Agam tamen quamprimum, vt & tuas literas habeant & intel-
ligant voluntatem. De vero rebus nihil certi scribere possum, quousque cum excel-
lentissimo principe meo locutus fuero, qui nunc est absens, & statum fratrum meorum,
simul & mentes emulorum clarius intellexero. Nullatenus enim videbor in Spanhem, ni-
si cuncta prius obstacula remota fuerint. Quod si non fuerit æmulorum conuersa temeritas,
faciam alterum è duobus, aut reuertar ad te sicuti postulasti, aut eligam mihi locum
in ordine studijs meis conuenientem, vbi & possim tuam Serenitatem meorum facere stu-
diorum participem. Audisti me sapius dicentem quod sentio, quia curias sequi princ. pū,
nec meo conuenit proposito, nec plane congruit institutioni. Quæram ergo conuenien-
tem mihi in latitudine ordinis mei locum si fieri potest, quem si inuenire nequiuero, fa-
cturus sum necessario quod possum. Tuæ vero serenitati gratias habeo immortales pro
tuis in me amplissimis beneficijs non solum exhibitus, sed etiam amplioribus, si necesse
fuerit, promissis. Excellentiam tuam cum omnibus suis valere opto incolumem Nestoreos
in annos. Ex Heidelbergâ 18. die mensis Iunij. Anno Domini 1506.

L X I I I.

IOHAN. TRITHEM. AB. SPANHEM. DILECTIS IN CHRISTO
fratribus & filiis, Priori & conuentui in Spanheim, sinceram
in Domino charitatem.

DE Marchia Brandenburgensium tandem cum salute ad patriam reuersi, Theodori-
cum capellanum nostrum ex Francfordia præmissimus ad vos, quo ea referente quæ
illi commisimus, & statum intelligeretis nostrum & mentem. Qui retulit nobis Budorim
reuersus ad nos desiderium vestrum, quo precamini ad vos quantotius reuertamur, ne-
minem esse neque futurum qui nos molestare possit aut velit. Credimus quidem vera quæ
dicitis in cordibus vestris, æmulis tamen confidendum nõ duximus, quorum tanta in nos
presumptio à nemine iudicatur. Propterea sine consilio nihil faciemus, maxime cum qui-
dam inter vos ambitione, & infidelitate pleni Cynonotis consentire potius quam nobis
pastori suo conuincantur manifeste. Deum testamur omnipotentem, quem nihil potest
latere,

dilabimur, quemadmodum & illi dicitur
 eribunt, estque mors vltima linearum.
 ri prouideas necessaria, sed etiam memi-
 a propria breuiter in Albiturgio con-
 mouerit sermone pandemus. Tunc
 ortationem non excreberis. Valeri
 Christianorum M.D.VI.

M. BRANDENBURGENSIS
 Ducis, Rugensium Cassubique comes,
 hemius Abbas Span-
 tatem.

in oppidum residentia serenitate, et
 mam exiui, & iuxta prædictiones abho-
 l miserante Deo cuius omnia. Sed
 grauitateq; afflictus remanere in Lympurgio
 am, quod antea feci nunquam. Conque
 ni quissimi comitis incendiarj monach
 e famulisque meis & vno monacho me-
 ssum Trinitatis circa horã vndecimã
 sero cognoscentes me sub tuitione rega-
 per quam nos cepissent afferentes nos
 etij Lympurgensiu lauentem arbitrat
 lliges nuncio, quod neque ad Albitur-
 sed neque ad Moguntinensem tuu per-
 ritum, vt & tuas literas habeant & tunc
 ri scribere possum, quousque cum esse
 est absens, & statum fratrum meorum
 allatenus enim videbor in Spanheim
 non fuerit amulorum conserua mæ-
 icuti postulasti, aut eligam nihil
 im tuam Serenitatem meorum facer-
 quod sentio, quia curias sequi pater
 t institutioni. Quaram ergo conuenerit
 potest, quem si inuenire nequeamus
 serenitat gratias habeo in monacho
 bitis, sed etiam amplioribus, si necesse
 suis valete opto incolamem Nostrom
 no Domini 1506.

M. DILECTIS IN CHRISTO
 mi in Spanheim, sinceram
 ritatem.

am salute ad patriam reuerſi, Theodo-
 ora misimus ad vos, quo ea referent
 n & mentem. Qui retulit nobis Bedon-
 mini ad vos quantoties reuertamur
 sſit aut velit. Credimus quidem vna
 ndum nõ duximus, quorum tanta
 onſilio nihil facimus, maxime cum
 ynnotis consentire potius quam nobis
 mur omnipotentem, quem nihil potest
 lacerare.

latere, quod libenter quidem reuerteremur ad vos, si vestram erga nos integritatem posse-
 mus habere exploratã, de qua nos subdubitare compellit, quod toties moniti à nobis ni-
 hil cum Duce contra amulos egistis. Sed mittite ad nos Priorem vel alium quempiam ex
 vobis, cui mentem latius nostram explicare possimus. Nam & si neminem qui nos laedere
 possit reueremur, quippe qui non metu cuiusquã foris manemus, sed facti duntaxat indi-
 gnati memoria, tamen redire ad Spanheim sine principis Palatini consilio nequaquam
 intendimus. Valete, Deũ orantes, vt eius sanctissima impleatur voluntas, quæ nunquam
 potest esse non recta. Ex Heidelbergã 20. die mensis Iunij anno Christianorum 1506.

10

LXIII.

SANCTISSIMO IN CHRISTO PATRI, IULIO PAPA SECUNDO IO-
 han. Tritheimius abbas Spanheimensis humilima pedum oscula beatorum.

- I**GNIS quem Dominus noster Iesus Christus, Patris æterni filius misit in terram, voluit
 que in cordibus hominum vehementer accendi, me vltimum subditorum tuorum cle-
 mentissime pater nullius apud diuinam pontificatus tui sedem, præter fidem & deuotio-
 nem, vel meriti, vel momenti compellit, vt causam diui Bennonis merito & sanctitate
 Misnensis Ecclesiæ dignissimi quondam episcopi meis altiore viribus, ad instantiam
 Christianissimi Saxonum Ducis Georgij, apud tuam clementissimam paternitatem, quia
 20 verbis nequeo, mutis vel literis agam. Is, vt veterum monumentis edocemur, ab infantia
 præuentus diuino spiritu totum se Dei mancipauit obsequio: fide clarus, virtute & cõstã-
 tia infatigabilis, spe robustus, amore & charitate in Deum & ad proximum omni tempore
 semper seruentissimus. Ex monacho regulæ sancti Benedicti primus monasterij q̄ Goseck
 indioecesi Nuenburgensi nõ longe ab ipsa ciuitate sitũ nuncupatur, abbas institutus, trien-
 nio ferme præfuit in omni religione & sanctitate. Quo elapso monachorũ suorũ inuidia
 stimulatus, iniurijsque aduocati comitis impetitus, monasteriũ cum abbacia deseruit, &
 heremum Christo in tranquillitate seruiturus intrauit. Inde per Victorem papã secundũ
 vocatus, Goslariensis ecclesiæ rector constitutus est, & crescentibus semper in eo meritis
 sanctitatis, postremo Misnensis Ecclesiæ pontificatũ canonica electione fratrum adeptus fuit.
 30 Qui vt in omni tantæ dignitatẽ non infructuose videretur sumpsisse, ad vtilitatem omniũ
 Christi summi pastoris sese totum conuertit, in oratione cõtinuus, & in prædicando Ver-
 bum Domini, tam Sclauis, quos ad fidẽ conuertit orthodoxã, quam suis atque in circuitu
 fidelibus mirabili inẽdibilique seruire deuotus. In ea quoq; persecutione qua Henricus
 Imperator tertius summis Romanæ Ecclesiæ pontificibus inobediens hostis atq; rebellis
 vniuersam in Germania præcipue turbauit Ecclesiã, Benno vir Dei, præful quosq; magni-
 ficus, in fide & amore domini sui formatus, & Apostolicæ sedi semper fidelissimus, in faciẽ
 tyranno restitit, peccantẽ redarguit, sententiamq; anathematis, q̄ Papa decreuerat, in eũ
 confidenter fulminauit, schismaticũ, maledictũ, & reprobatũ à Deo, nisi pœnitentiam
 ageret, ad iudiciũ vicarij Christi, publice illum prædicans & denunciãns cunctis fidelibus.
 40 Pro his omnibus coniectus in vincula & carceres, iniurias & contumelias, opprobria si-
 mul & verbera passus, hilari semper mente canebat: *Mihi adherere Deo bonũ est, quoniã Chri-
 sti vicario magis obediendũ q̄ homini male dicto.* O virũ virtutib; plenum meritisq; excelsum, ter
 sanctũ quaterq; sanctissimũ, qui solidatus in petra constantiæ Apostolicæ, selemurũ pro
 domo Dei necessario ac periculoso tempore confidenter opposuit, & pro honore sacro-
 sanctæ sedis Apostolicæ fortissime decertã, nulla tyrannorũ vincula formidauit. O pon-
 tificem sempiternis excollendum laudibus, cuius vita cunctis virtutib; omniq; sanctimo-
 nia choruscans merito nobis in exemplum proponitur, quam Deo placuisse altissimo in-
 finitis pene miraculis vsque in præsentem diem manifeste declaratur vsq; adeo, vt si mira-
 culorũ testimonio sanctorũ integritas comprobanda indicitur, nemo sanctior diuo Ben-
 50 none his temporibus iudicandus videatur. Quotidie ad eius sepulchrum stupenda sunt
 miracula, semperq; mirandis succedũt mirabiliora. Et quamuis pater beatissime Iuli, Ben-
 no pro suis meritis apud Deũ optimum maximũ mercedẽ & gloriã in cœlesti palatio iam
 suscepit æternam, suoq; ineffabili spiritus principio cõiunctus per gratiã non naturã, si-
 ne sine beatus, nostros minime requiret honores, quippe cum omnia in summo illo ha-
 beat bono, nobis tamen & posteritati fidelium, autoritate sanctissimæ sedis tuæ consu-
 lendum fuerit, qui sanctorũ patrociniõ in digemus. Bennonẽ restantur miracula sanctũ,
 clamant virtutes honorandum, fidelem experiẽtia sanitarum pollicetur patronum. Hoc
 vñũ votis obstat omniũ, & beneficia impedit singulorũ, q̄ cum autoritate sedis apostolicæ